

## LEONTIUS Byzantinus (ca 485 † 542/544)

## CONTRA NESTORIANOS ET EUTYCHIANOS (ca 542)

<sup>PG</sup>  
86, 1312 Lib. I. [...] Τοῦ ἀγίου Κυριακοῦ, ἐπισκόπου τῆς Πάφου καὶ ὁμολογητοῦ, 1542  
ἐκ τοῦ εἰς τὰ Θεοφάνεια λόγου· εἰς δὲ καὶ αὐτός ἔστι τῶν ἐν Νικαίᾳ.

« Ὡς ἐν μορφῇ Θεοῦ, φησὶν, ὑπάρχων, οὐχ ἀρπαγμὸν ἡγήσατο εἰναι ἵσα Θεῷ, ἀλλ’ ἔστι τὸν ἔκενωσε, μορφὴν δούλου λαβών ». Εἰ δὲ μορφὴ τοῦ Θεοῦ ἵση ἔστι τοῦ Θεοῦ, καὶ τέλειος ἐτύγχανε Θεός, καὶ δὲ μορφὴ τοῦ δούλου τέλειος ἄνθρωπος (τοῦτο γάρ διδάσκει ἡ θεία Γραφή)· τέλειος ἐν ἀμφοτέραις ταῖς οὐσίαις δὲ Χριστός· ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρί, καὶ ὁμοούσιος τῇ Παρθένῳ καὶ Μητρὶ· ἀμήτωρ ἅνω παρὰ Πατρός, ἀπάτωρ κάτω παρὰ Μητρός.

<sup>PG</sup>  
86, 1312 Τοῦ ἀγίου Ἀμδροσίου, ἐπισκόπου Μεδιολάνου καὶ ὁμολογητοῦ, 1543  
κατὰ Ἀπολιναρίου θ' λόγου.

Εἰς γάρ ἔστιν ἐν ἐκατέρῳ, τουτέστι, τῇ θεότητι καὶ τῷ σώματι· οὐ γάρ ἔτερος ἐκ Πατρός, καὶ ἔτερος ἐκ Παρθένου· ἀλλ' ὁ αὐτός, ἔτερον μὲν ἐκ Πατρός, ἔτερον δὲ ἐκ Παρθένου· καὶ γεννήσει γέννησις οὐ προκρίνει, οὐδὲ ἡ σάρξ τῇ θεότητι.

<sup>PG</sup>  
86, 1313 Τοῦ μεγάλου Ἐφραίμ, ἐκ τοῦ εἰς τὸν μαργαρίτην λόγου. 1544

Τῶν δύο φύσεων μετέχει ὁ μαργαρίτης ὁ πολύτιμος, ἵνα δεῖξῃ Χριστόν· ὅτι λόγος ἀν Θεοῦ, ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος γεγέννηται· οὐ μερικὴν ἔσχε τὴν

<sup>PG</sup>  
86, 1311 Lib. I. [...] Sancti Cyriaci, episcopi Paphi et confessoris, qui 1542  
fuit unus ex Patribus synodi Nicaenae, ex homilia in Theophania.

*Qui cum in forma, inquit, Dei esset, non rapinam arbitratus est  
se esse aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi acci-  
piens.<sup>1</sup> Si forma Dei aequalis est Deo, et perfectus Deus erat, et  
forma servi perfectus homo; hoc enim docet Scriptura divina: per-  
fectus ergo in ambabus substantiis Christus consubstantialis Deo  
et Patri; et consubstantialis Virgini et Matri: sine matre supra, ex  
Patre; sine patre infra, ex Matre.*

<sup>PG</sup>  
86, 1311 Sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis et confessoris, ex libro 1543  
*Contra Apollinarium.*

Unus enim est in utroque, id est, in divinitate et corpore: non enim aliud ex Patre, et aliud ex Virgine, sed idem ipse: aliud quidem ex Patre, aliud vero ex Virgine: et generatio generationi non praeiudicat; neque caro divinitati.

<sup>PG</sup>  
86, 1314 Sancti Ephraem, ex homilia in margaritam. 1544

Duarum naturarum est particeps margarita magnae aestima-  
tionis, ut ostendat Christum, quod cum esset Verbum Dei, ex Maria

<sup>1</sup> Philip. II, 6, 7.

φύσιν, ἐπεὶ οὐδὲ ἔτερον ἀν ζῶν ἐπύγχανε. Τελείων ἔχει τὴν διπλῆν φύσιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰς δύο. Οὔτε ἡμίθεος ἄφθη ἐπὶ τῆς γῆς, οὔτε ἡμιάνθρωπος ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς: ἐκ τελείου τέλειος, ἐξ ἀνθρώπου ἀνθρωπος, ἐκ Θεοῦ Θεός, ἐκ Παρθένου Χριστός.

**1545** Lib. II. [...] A. Καὶ τίς, ἔφη, πρὸς τοσοῦτον μανίας ἐλήλακεν, ὅστις οὐχὶ ταῦτα ἀληθῆ τε εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ τοὺς μὴ οὕτως ἔχοντας, τοῖς κατακρίτοις συναριθμεῖ;

PG  
86, 1325

O. Ἐκεῖνοι πάντως, εἶπον, οἱ ἀπαθὲς ὑπάρχειν αὐτὸν καὶ ἀφθαρτον ὅριζόμενοι.

A. Οὐ κατὰ φύσιν ἀπαθές, ἔφη, τὸ σῶμα καὶ ἀφθαρτον λέγομεν, ἀλλ' ἐνώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον γενόμενον.

O. Οὐδὲν διαφέρει, ἢν δ' ἔγω, τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον, ἀλλὰ τὴν ἴσην πρὸς τὸ κακὸν δύναμιν ἔχει, εἴπερ γε ὅλως τὴν πρὸς τὸ ὁμοιοπαθὲς τοῦ ἡμετέρου σώματος συγγένειαν, παρήτηται ἡ τοῦ Κυρίου σάρξ.

A. Πῶς τοῦτο, ἔφη, λέγεις;

O. "Οτι μὴ τοῦτο, εἶπον, ἔστι τὸ σκοπούμενον, πότερον ἐνώσει ἢ κατακευῆ φύσεως ἀφθαρτον γέγονεν ἀλλ' εἰ μὴ τῆς ἡμετέρας Φύσεως ἀπαραλλάκτως τὰ γνωρίσματα, πλὴν τῆς ἀμαρτίας διέσωζεν, ἔφη.

A. "Οσον γε ἐπὶ τῇ πρώτῃ αὐτῆς συστάσει, καὶ τὸ τὰς ἀρχὰς ἔχειν ἐκ

---

ortum est. Non habuit naturam ex parte; quia nec aliud animal erat. Perfectam habet duplē naturam, ne amittat duas. Neque semideus visus est in terra; neque semihomo ascendit ad coelos. Ex perfecto perfectus; ex homine homo: ex Deo Deus; ex Virgine Christus.

**1545** Lib. II. [...] H.<sup>1</sup> Et quis, inquit, eo insaniae processerit, ut vera esse haec non confiteatur; et eos qui non sic sentiunt in damnatis non numeret?

PG  
86, 1326

O.<sup>2</sup> Illi, inquam, certe, qui definiunt corpus fuisse impassibile et incorruptibile.

H. Non, inquit, impassibile natura corpus factum esse dicimus, sed unione cum Verbo.

O. Ego vero nihil posterius a priore differre dixi, sed eamdem vim ad nocendum habere, si caro Domini penitus affinitatem cum passibilitate nostri corporis recusat.

H. Quomodo, inquit, hoc ais?

O. Quoniam non est, inquam, hoc quod quaeritur, utrum unione, an naturae fabricatione factum est incorruptibile; sed an naturae nostrae notas et signa sine ulla immutatione, excepto peccato, servabat.

H. Quoad primam, inquit, ipsius naturae constitutionem et

<sup>1</sup> Haphtartodoceta.

<sup>2</sup> Orthodoxus.

τῆς Θεοτόκου, ἀδελφῆς τε ἡμῶν οὖσης κατὰ τὴν φύσιν, καὶ πάσης κοινωνούσης τῆς ἴδιότητος τοῦ ἀνθρωπείου συγκρίματος.

Ο. Σαφεστέρας δεῖσθαι τὴν ἀπόκρισιν ἐξηγήσεως, ἔφη, παριστώσης ἡμῖν τηλαυγέστερον τὸ ζητούμενον. Οὐ γάρ ἀπλῶς οὕτως ἐξ ὅν εἰρηκας, γινώσκειν ἔχω.

Α. Τί μήν, ἔφη, ἀσαφέστερον εἰρηκα;

Ο. Πότερον, ἔφη, ἢρα τοῦ σώματος τῆς Παρθένου μεταστοιχειωθέντος, καὶ τῆς ἴδιας ἐκστάντος φύσεως, ὑπὸ τῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως οὕτως ἐξ αὐτῆς τῆς μήτρας, ἄλλως ἔχουσαν τὴν ἡμετέραν αὐτῷ φύσιν ἡνῶσθαι λέγεις; ή τῆς Παρθένου μὲν ἐν τοῖς ἴδιώμασι τῆς φύσεως μεινάσης, τῶνδε πρώτων ἀρχῶν, τῶν παρθενικῶν αἰμάτων λέγω, μεταποιηθέντων, ἀφθαρτον γεγενῆσθαι τὴν σάρκα;

A. Τινὲς μέν, ἔφη, καὶ τῇ προτέρᾳ δόξῃ τῶν ἀπλουστέρων οἷμαι προστίθενται, πλέον ἡ προσῆκε \* τὴν Παρθένον ἀποσεμύνοντες, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀναφυομένην ἀτοπίαν οὐ προορώμενοι, καὶ ὡς εἰπερ τι τοιοῦτο τῇ Παρθένῳ συμβεβήκει, καὶ αὐτῆς ἀν τῆς πρὸς τὸ τίκτειν ἐπιτηδειότητος ἀπεστέρητο.

Ο. Ἀληθέστατα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Τὸ γάρ ἀφθαρτον καταστάν, οὐκ ἀν ποτε τοῦ κυοφορεῖν τε καὶ σαρκικῶς ἀποτίκτειν γένοιτο δεκτικόν. Ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος ἐνδημία οὐχὶ τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ γεννᾶν τὴν Παρθένον ἀφείλετο ἡ κεκάλυκεν. Τουναντίον μὲν οὖν ἐπὶ τὴν ἀσπόρως οἰκονομηθεῖσαν σύλληψιν, ὑπερφυῶς αὐτὴν προσηγάγετο. Κάκενο δέ μοι σκοπεῖν ἔπεισιν,

---

principia ex Matre Dei et sorore nostra secundum naturam, quae omnem proprietatem humani corporis participavit.

O. Clariorem expositionem responsio postulabat, quae nobis dilucidius quaestionem explicaret; non enim sic simpliciter ex iis quae dixisti, intelligere possum.

H. Quid, inquit, obscurius dixi?

O. Utrum, inquam, corpore Virginis mutato, et a propria natura virtute Verbi alienato, naturam nostram sic ex ipso utero aliter habentem unitam esse ei dicis; an vero manente Virgine in proprietatibus naturae, principiis vero primis, sanguinis scilicet virginalis, transmutatis carnem incorruptibilem generatam esse?

H. Nonnulli, inquit, priori opinioni simpliciorum, opinor, adhaerescunt, plusquam convenit, honorantes \* Virginem, et absurdum inde proficiscens non providentes, et quod si quid huiusmodi accidisset Virgini, habilitate pariendi privata fuisset.

O. Verissima, inquam ego, dicis. Quod enim incorruptibile est, nunquam ad ferendum partum et pariendum idoneum erit. Adventus autem Spiritus sancti non fecit, neque prohibuit, quin Virgo ad generandum apta esset. Contra potius ad conceptum sine semine provisum supra naturam provexit. Illud vero mihi in mentem venit,

\*1327

ώς ει κατ' ἐκείνους ή Παρθένος, ἀφθαρτος τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ Πνεύματος γέγονεν, ἐκείνη πάντως ἀν καὶ δίζα τῆς τοῦ γένους ἡμῶν ἀφθαρσίας ἐτύγχανεν, ἀλλ' οὐχ ὁ ἔξ αὐτῆς προελθὼν θεῖος βλαστός.

A. Κάλλιστα, ἔφη, λέγεις: οὐδὲ γάρ ή λοιπὴ τῆς Παρθένου ζωὴ παραδεδέχθαι καθάπαξ ιστόρηται τῆς φυσικῆς ἔξεως μεταποίησιν καθαρότητος μὲν γάρ ὑπῆρχεν αὐτῇ τῆς κατὰ ψυχήν, καὶ ἀγιασμοῦ τοῦ κατὰ τὴν σάρκα πρόξενος ἡ τοῦ Πνεύματος ἐπιφοιτησίς, οὐ μὴν οὐσίας ἡ φύσεως ἀμειψιν ἐν αὐτῇ κατεσκευάσει.

O. Κάκεινο, ἔφην, τοῖς εἰρημένοις προστίθει· ὅτι γε δὴ τὸ Πνεῦμα, εἰ τὸ ὑπὲρ τὴν φύσιν ὑπάρξαι τῇ φύσει καρποφορῆσαι στάχυν ἀνήροτον, καὶ κλάδον παρθενικῆς δίζης ὑπερφυῶς ἐκφύσιμον.

A. Εὖ γε, ἔφη, ὃ βέλτιστε.

**1546** O. Νῦν δὲ δὴ καιρός, ὃ φιλότης, ἔφην, ἀγαπητικῶς τε καὶ πραέως τὸ PG 86, 1328 ἔξῆς συνδιασκέψασθαι. Τῆς γάρ Παρθένου συνομολογούσης ἡμῖν ὀσαύτως ἔχειν κατὰ τὴν φύσιν ἀεί, καὶ μὴ πρὸς ἑτέραν παρὰ τὴν ἔξ ἀρχῆς ὑπάρχουσαν αὐτῇ, μεταχωρῆσαι κατάστασιν, ὃ ἔξ αὐτῆς τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀρχαῖον, ἢρ' οὐχὶ ὄδῷ καὶ τάξει φύσεως, τοὺς χρόνους ἐγίνωσκε τῆς κυήσεως;

A. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

O. Κατὰ βραχὺ γάρ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ, προέκοπτε νόμῳ κυήσεως, ὡς πρὸς τὴν ἀπηρτισμένην τοῦ βρέφους τελείωσιν, ὡς καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἔστιν

---

quod si, ut illi opinantur, Virgo per adventum Spiritus sancti facta est incorruptibilis, illa necessario facta est immortalitatis generis nostri radix, et non sureculus divinus ex ea productus.

H. Optime, inquit, dicis; nec enim semel proditum est, vitam Virginis naturalis habitus mutationem cepisse; puritatem enim animae et sanctificationem carni attulit adventus Spiritus sancti; non autem substantiae aut naturae immutationem in ea effecit.

O. Illud, inquam, adde ad superiora, quod Spiritus quidem Virginem virtute gravidante implevit, ut natura supra naturam, spicam sine aratione produceret, et ramus ex radice virginali supra quam naturaliter oriretur.

H. Recte, inquit, bone vir.

**1546** O. Nunc vero tempus est, amice, ut amanter et placide quod PG 86, 1327 deinceps sequitur, consideremus. Cum enim conveniat inter nos, eadem natura fuisse semper Virginem, nec in alium naturae statum, quam quo a principio erat, transisse; pignus ex ipsa natura nostra, annon via et ordine naturae, tempora partus servabat?

H. Imo maxime, inquit.

O. Paulatim enim, inquam, in utero virginali fictus et formatus, proficiebat lege partus, tanquam ad maturitatem perfectam infantis, ut ex verbis Evangelii perspici potest, cum ait: *Et impleti*

άκοῦσαι φωνῆς, « Ἐπλήσθησαν », λεγούσης, « αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτὴν ». Ἔνθα περὶ τὸν τόκον, ὥσπερ δὴ καὶ περὶ τὴν πρώτην σύλληψιν, καινοτομεῖται θαῦμα παράδοξον, οὕτε τοῦ τόκου τὴν παρθενίαν λύσαντος, οὕτε τῆς παρθενίας ἐμποδὼν τῇ κυοφορίᾳ γενομένης.

A. Θείως, ἔφη, λέγεις.

O. Ἀλλ’ ὥσπερ, ἦν δ’ ἐγώ, ἡ σύλληψις ὑπὲρ ἡμᾶς γεγενημένη, τὸ καθ’ ἡμᾶς οὐκ ἡγνόησεν, οὕτω δὴ καὶ ἡ γέννησις τὸ παράδοξον ἔχουσα, τοῦ δι’ ἡμᾶς τεχθέντος τὴν φύσιν οὐκ ἡμειψεν, ἀλλ’ ἐξέφυ αλάδος τε καὶ καρπός, τῇ φυσάσῃ γαστρὶ παραπλήσιος.

A. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἔφη, τούδε περὶ τῆς σαρκὸς Χριστοῦ δοξάζομεν, δτὶ κατ’ αὐτήν γε τῆς συλλήψεως τὴν ἀρχήν, ἀμα τῶν παρθενικῶν ἐφῆπται σπλάγχνων, \* καὶ τὸ προσληφθὲν εἰς ἀφθαρσίαν μετεσκευάζετο· πῶς γάρ οἶν τε ἦν αὐτῷ, μὴ τὴν φθαρτὴν ἀποτίθεσθαι φύσιν, τῷ ἀφθάρτῳ λόγῳ προσενωθέν;

O. Μᾶλλον ἔσικάς μοι, ὃ βέλτιστε, τῶν οἰκείων, ἔφην, λόγων ἀμνημονεῖν. Τὴν γάρ Θεοτόκον Παρθένον ἐν τοῖς πρότερον ἀτρεπτον διαμεῖναι συνωμολόγησας, καὶ δτὶ τὸν ὀρισμένον τῆς ἀνθρωπίνης συλλήψεως χρόνον, ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ μορφούμενος δ τῶν χρόνων Δημιουργός, οἰκῆσαι οὐκ ἀπηγήνατο. Πῶς τοίνυν δ σπλάγχνοις μητρὸς ἐνοικῆσαι καταδεξάμενος, καὶ τοὺς τῆς κυήσεως χρόνους ἐκτετελεκώς, κατ’ οὐδὲν τῆς Παρθένου πρού-

---

*sunt dies ut pareret*<sup>1</sup> ipsa. Ubi circa partum, sicut circa conceptum, miraculum admirabile et novum factum est, quod neque partus virginitatem solvit, neque virginitas partum impedivit.

H. Divine, inquit, ais.

O. Sed, inquam ego, sicut conceptus supra naturam nostram factus, non fuit a natura alienus; sic quidem generatio quae admirabilitatem habebat, non mutavit naturam eius qui propter nos natus est: quin imo ortus est ramus et fructus similis utero qui generavit.

H. Nos igitur, inquit ille, sic de carne Christi confitemur, quod secundum principium conceptus simul et virginalia viscera attigit, et quod assumptum \* est, in incorruptibilitatem mutatum est: quomodo enim fieri poterat, ut naturam corruptibilem non deponeret, quod Verbo immortali unitum erat?

O. Quin imo, inquam, videris mihi tuorum verborum immemor. Superius enim Virginem Dei Matrem immutabilem mansisse confessus es; et quod Auctor temporum non recusavit, cum formatus est, habitare in utero tempus humani conceptus. Quomodo igitur qui voluit habitare in visceribus matris, et tempora partus ex-

\*1330

<sup>1</sup> Le. II, 6.

χούσης ἡμῶν, πλὴν γε μόνης τῆς ἀγιότητος, ὥσπερ ἐκ μεταμελείας τινός, τὴν τοῦ οἰκείου σώματος φύσιν ἀπαξιοῦ, καὶ ταῦτα τῇ γεννησαμένῃ διὰ πάντων ἀπαραλλάκτως συμβαίνοντος;

- 1547 'Αλλ' οἶμαι τοῦτο πάσχειν ὑμᾶς ἀγνοοῦντας, ὅτι ἄλλος μὲν ὁ λόγος τῆς οὐσιώσεως τοῦ σώματος, ἄλλος δὲ ὁ τῆς ἐνώσεως τρόπος. Καὶ ὅτι τὸ μὲν ὑπῆρξεν αὐτῷ ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας καὶ ἐνδημίας, δημιουργικῶς αὐτὸς διαπλαττούσης· τὸ δὲ οὐκ ἐκ τῆς τοῦ Λόγου ἐνεργεία, ἀλλ' ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ὀλικῆς καὶ οὐσιώδους ἐνώσεως. Τὸ μὲν γάρ γόνιμον τῇ Παρθένῳ ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις ἔχορήγησεν, ὡς τις τῶν παρ' ἡμῖν εἴρηκεν, καὶ λίγων καλῶς· καὶ ἡ οὐσίωσις τοῦ σώματος ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἀγίου, κατὰ τὴν δημιουργικὴν αὐτοῦ συστᾶσα ἐνέργειαν, ἐκ δὲ τῆς Θεοτόκου ἡ ὑλὴ τῆς οὐσίας προσείληπται. 'Ο δὲ Λόγος τὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος κτιζόμενον αὐτῷ νάρν, κατ' αὐτὴν τὴν πρώτην ἐνοικεῖ διάπλασιν· οὐδὲ ἀναμείνας, ὡς εἰπέ πού τις δρθῶς λέγων, τὴν τελείωσιν τοῦ νεώ, ἀλλὰ τῇ πρώτῃ τῆς ἀρρήτου οἰκονομίας ἀρχῆ, ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ συναφθείς, τὴν οἰκοδομὴν πᾶσαν \* ἔαυτῷ περιτέθεικεν. Οὐ γάρ δὴ γενομένου τοῦ σώματος, οὕτω θύραθεν αὐτὸς ἐπεισῆλθεν, ἀλλ' ἔαυτὸν περιπλάσας, ἀγαλματοφορεῖ τὸ ἡμέτερον.

- 1548 Lib. III. [...] Διαμαρτυρία προτεθεῖσα ἐν δημοσίῳ τόπῳ, καὶ κατὰ PG 86, 1389  
Ἐκκλησίαν ἐμφανισθεῖσα.

«Ορκίζω τὸν λαμβάνοντα τὸ χαρτίον, κατὰ τῆς ἀγίας Τριάδος, ὥστε

plevit, et cum non esset praestantior quam nos Virgo, excepta sanctitate, tanquam poenitentia quadam ductus naturam corporis sui respuit, idque a matre quae eum genuit, per omnia non differret?

- 1547 Sed existimo, evenire vobis, ut sic putetis, quod ignoratis aliam quidem esse rationem formationis corporis, alium vero modum unionis. Atque illud quidem ex praesentia et adventu Spiritus sancti exstitisse, qui illud ut effector formavit; unionem vero non ex energia, sive operatione Verbi, sed ex tota et substanciali unione. Virtus enim Spiritus sancti fecunditatem Virgini suppeditavit, ut quidam apud nos valde eleganter dixit; et formatio substancialis corporis ex Spiritu sancto est secundum operationem eius electricem constituta, materia autem ex Virgine sumpta est. Verbum autem templum ab Spiritu sancto sibi fabricatum in ipsa prima formatione inhabitat, non exspectata, ut quidam recte dixit, consummatione templi, sed primo initio ineffabilis oeconomiae, id est incarnationis, in ipsa naturae officina unitum, totum aedificium sibi circumdedit. Non enim facto corpore, sic foris \* advenit, sed se ipsum circuminduit, et naturam nostram ornat.

- 1548 Lib. III. [...] *Testimonium in loco publico propositum et in Ecclesia publicatum.* PG 86, 1390

«Adiuro eum qui hanc chartam acceperit, per sanctam Trinitat-

PG  
86, 1352

\*1353

PG  
86, 1351

\*1354

φχνερὸν αὐτὸν ποιῆσαι ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, λαϊκοῖς, οἰκοῦσι Κωνσταντινούπολιν· ἔτι τε καὶ τὸ ἵσον αὐτοῖς ἐκδοῦναι, πρὸς ἔλεγχον τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου, ὅτι ὁμόφρων ἐστὶ τοῦ ἀναθεματισθέντος Παῦλου τοῦ Σαμοσατέως πρὸ ἐτῶν ἑκατὸν ἔξήκοντα ὑπὸ ὁρθοδόξων ἐπισκόπων. "Ἐστι δὲ τὰ παρ' ὁποτέρων εἰρημένα οὕτως·

« Παῦλος εἶπεν· Μαρία τὸν Λόγον οὐκ ἔτεκεν. Νεστόριος συμφώνως εἶπεν· Οὐκ ἔτεκεν, ὃ βέλτιστε, Μαρία τὴν θεότητα. — Παῦλος εἶπεν· Οὐδὲ γάρ ἦν πρὸ αἰώνων. Νεστόριος εἶπεν· Καὶ μητέρα χρονικὴν τῇ δημιουργῷ τῶν χρόνων ἐφιστῶσι Θεότητι. — Παῦλος εἶπεν· Μαρία τὸν Λόγον ὑπεδέξατο, καὶ οὐκ ἔστι πρεσβύτερον τοῦ Λόγου. Νεστόριος εἶπεν· Πῶς οὖν Μαρία τὸν ἑαυτῆς ὀρχαιότερον ἔτεκεν; — Παῦλος εἶπεν· Μαρία ἔτεκεν ἀνθρώπον ἡμῖν ἴσον. Νεστόριος εἶπεν· "Ανθρωπὸς ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου. — Παῦλος εἶπεν· Κρείττονα δὲ κατὰ πάντα, ἐπειδὴ ἐκ Πνεύματος ἀγίου, καὶ ἐξ ἐπαγγελιῶν, καὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἡ ἐπ' αὐτῷ χάρις. Νεστόριος εἶπεν· « Τεθέαμαι γάρ, φησίν, τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡς περιστεράν, \* καὶ μένον ἐπ' αὐτόν», τὸ τὴν ἀνάληψιν αὐτῷ χαρισάμενον. « Ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις, φησίν, οὓς ἐξελέξατο διὰ Πνεύματος ἀγίου, ἀνελήφθη»· τοῦτο δὴ τὸ τηλικαύτην τῷ Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν. — Παῦλος εἶπεν· "Ινα δὲ μήτε ὁ ἐκ Δαβὶδ χρισθεὶς, ἀλλότριος ἢ τῆς σοφίας, μηδὲ ἡ σοφία ἐν ἄλλῳ οὔτω

\*1392

tem, ut ostendat episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, laicis habitantibus Constantinopoli, adhuc etiam, ut exemplum eius det illis ad confutationem Nestorii haeretici, quod sentit idem cum Paulo Samosatensi anathematizato ante annos centum sexaginta ab episcopis orthodoxis. Sunt autem, quae ab utroque dicta sunt, haec:

« Paulus dixit: Maria non peperit Verbum. Nestorius consentiens dixit: Non peperit, ο bone, Maria divinitatem. Paulus dixit: Nec enim erat ante saecula. Nestorius dixit: Et matrem ex tempore attribuunt Deo auctori temporum. Paulus dixit: Maria Verbum suscepit, et non est senior Verbo. Nestorius dixit: Quomodo igitur Maria antiquorem se peperit? Paulus dixit: Maria peperit hominem nobis aequalem. Nestorius dixit: Homo qui natus est ex virgine. Paulus dixit: Praestantiorem in omnibus, quia ex Spiritu sancto et ex promissionibus, et ex scriptis gratia in ipso. Nestorius dixit: Vidi enim, inquit, *Spiritum descendenter tanquam columbam et manentem super eum* <sup>1</sup> \* quod ei donavit assumptionem. *Praecipiens apostolis, ait, quos elegit per Spiritum sanctum, assumptus est;* <sup>2</sup> hunc dico Spiritum, qui tantam Christo largitus est gratiam. Paulus dixit: Ne autem ex David unctus, alienus sit a sapientia, neque sapientia

<sup>1</sup> Io. I, 32.

<sup>2</sup> Act. I, 2.

οἰκῇ· καὶ γὰρ ἐν τοῖς προφήταις ἦν, μᾶλλον δὲ ἐν Μωσῇ καὶ ἐν πολλοῖς κυρίοις, μᾶλλον δὲ ἐν Χριστῷ ὡς ἐν ναῷ. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει ἄλλον εἶναι τὸν Ἰησοῦν Χριστόν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον. Νεστόριος εἶπεν μὴ ἐγχωρεῖν τὸν πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ἄλλο ἅπαξ γεννηθῆναι, καὶ ταῦτα θεότητι ».

’Ιδού δέδεικται σαφῶς λέγων ὁ παραβάτης· Οὐκ ἐτέχθη ἐκ Μαρίας ὁ γεννηθεὶς ἐκ Πατρός. ’Ιδού συναινεῖ τῷ αἱρετικῷ Παύλῳ λέγοντι, ὅλον εἶναι τὸν Λόγον, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ οὐχὶ ἔνα, ὡς ἡ ὀρθοδοξία κηρύσσει. "Εως δέδε ή διαμαρτυρία.

in alio sic habitat: etenim in prophetis erat, magis autem in Mose et in multis dominis, magis autem in Christo tanquam in templo. Et alibi dicit, alium esse Iesum Christum, et aliud Deum Verbum. Nestorius dixit, non esse possibile eum qui est ante saecula, aliud genitum esse, idque divinitate».

Ecce aperte dicit Nestorius: Non est natus ex Maria, qui est genitus ex Patre. Ecce convenit cum Paulo haeretico, qui ait aliud esse Verbum, et aliud Iesum Christum, et non unum, ut fides recta praedicat. Hactenus testimonium.

## FERRANDUS<sup>1</sup> diaconus Carthaginensis († 546)

### EPISTOLAE

1549

Ep. III, 2. Bene enim peritiam tuam nosse confido, quoniam si, secundum quod haereticus sapuit, imo potius desipuit, caro Verbi Dei secundum carnem nascentis a carne Virginis pronuntiatur extranea, sine causa Filius Dei, etiam filius hominis factus asseritur. Quomodo enim naturaliter filius est hominis, qui originem non habet ex homine? Nullam vero originem habet ex homine, si conceptus in utero virginali carnem non traxit ex carne? Constat eum sine semine patris materna viscera fecundasse; sed qualis erit Mariae fecunditas, si non sit ex illa quae per eam nascitur caro? *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*, Ioannes dicit evangelista.<sup>2</sup> Quae-ris unde factum est caro? Beatus Paulus inquisitioni tuae respondeat: *Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere.*<sup>3</sup> Filium ergo suum misit Deus, id est, Verbum suum carnem fecit Deus; sed unde? Ex muliere. Si igitur ex muliere Verbum

PL  
67, 890

<sup>1</sup> Fulgentius Ferrandus falso dictus (cf. PLS IV, 22).

<sup>2</sup> Io. I, 14.

<sup>3</sup> Gal. IV, 4.

● PG 86, 1380, 1388, 1392, 1393.